Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38224
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



in sanguinem esse
mine hominis. et
delectamento
somno conuenienter;
Ego natus accepi
communem aerem
et insimilem cuctis
decidit terra. et
primam uocem simi
lem omnibus emisi
plorans. in inuolu
mentis nutritus
sum et curis magnis;
Nemo enim regibus
aliud habuit
nativitatis initium;
Unus ergo introitus
est omnibus ad
uitam et similis exi
tus. propter hoc
optaui.
et datus est mihi sen
sus. et inuocaui et
uenit in me spiritus
sapientiae. et praeposui
illam regnis et se
dibus et diuitias.
Nihil duxi in comparationem illius. nec
comparauiui illi lapi
dem pretiosum.
Quia omne aurum in
comparatione illius
harena est exigua. et
tamquam lutum aes
timabitur argen
tum in conspectu
illius;
Super salutem et speciem
dilexi illam. et proposui
pro lucem habere illam.
quia indeficiens est
lumen illius;
Venerunt autem mihi
omnia bona pariter
cum illa. et innume
rabilis honestas
per manus illius;